



Sammelband G.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22



3748

I. N. J.

Tractationis Synopticae

DE

SUCCESSIONIBUS

AB INTESTATO,

Quatenus ex Jure Civili, Saxonico, Culmensi,
& Moribus Patriis deferuntur,

EXERCITATIO SECUNDA,

Successionem Ascendentium evolvens:

Solennis Disputationis causa,

In Gymnasii Dantiscani Auditorio Majori

D. 19. Aug. cl. DC. LV. ad placidè ventilandum

proposita

PRÆSIDE

CHRISTIANO ROSTEUSCHERO,

Jur: & Histor. Prof: Extraord.

RESPONDENTE

ÆGIDIO LAURENTE,

DANTISCANO.

Typi sviduæ GEORGII RHETII



VIRIS

Excellentissimo, Experientissimoq;

DNO. JOHANNI Schmiedt /

Med. D. ejusq; apud Ged. Practico felicissimo,
Cognato suo multis nominibus colendo.

Nec non

Consultissimis, Clarissimisq;

DNO. JOACHIMO PONATIO,

J. C. & in Electorali, quod Colbergæ est, judicio
Advocato celeberrimo, Urbis Treptov. Senatori
vigilantissimo, Affini suo venerando.

Et

DNO. PETRO LAURENTI,

Fratri fraternè dilecto.

*Patronis suis & Fautoribus magnis, hæc de Ascen-
dentiam successione theses publicæ velitationi pro-
positas*

*in perpetuæ observantiæ tesseram, gratiq; ani-
mi testamen*

D. C.

RESPONDENS.

Exercitatio II.

Ascendentium successionem proponens.

I.

NUllis descendentes cujuscunq; gradus extantibus, ad liberorum, turbato mortalitatis ordine l. 15. pr. de inoffic. testam. & contra naturæ simul & parentium commune votum l. 7. §. 1. Unde liberi. l. 50. §. 2. in fin. de bonis libert. l. 26. §. 1. si quis omiffa causa testament: Vid: Cujac: s. obs. 23. prædefunctorum, luctuosam tristemq; hæreditatem l. 28. C. de inoff. testam: l. ult: C. de instit: & substit: l. 11. C. comun: de success. §. 2. l. 4. ibi: dura fortuna C. de SCTO Tertyll. ratione pietatis & miserationis d. l. 15. pr. de inoff: d. l. 7. §. 1. Unde lib: junct: l. 6. pr. ibi: solatij loco ff. de jure dot: secundo ordine rectè admittuntur ipsi Parentes, cæteri q; ASCENDENTES Nov: 118. c. 2. tanquam primi vitæ nostræ post Deum Authores, adeoq; hæreditatis quoq; honore d. l. 26. pr. si quis omiff: caus: testam: præ collateralibus afficiendi; has aliasq; (quarum tamen pleræq; non satis faciunt Bach: ad Treutl: 2. D. 16. th. 4. lit: b.) pro hoc succedentium ordine rationes afferentibus Forster: de success: lib: 7. c. 1. n. 7. seqq: Tholos: S. I. V. lib: 45. c. 11. n. 1. seqq. Hillig: D. E. IX. 3. A. Gudel: de jure noviss: lib. 2. c. 14. §. Moribus.

2. Primum autem ex Ascendentibus in successione locum sortiuntur Pater (constitutus licet sub avi potestate arg. l. 3. C. de bonis quæ lib: Covarr: epit: de success: ab intest: n. 3.) & Mater hæreditatem filij filiaeq; æqualiter (SCTO Tertyll: post patrem demum matrem vocante l. 2. §. 15. ff. l. 2. C. ad SCT. Tertyll: l. 10. de suis & legit: penitus sublato. Vultej: ad pr: l. de SCTO Tertyll: n. ult. Rittersh: ad Novell: part: 7. c. 10. n. 3.) vindicantes d. Novell: 118. c. 2. Ius Culmense lib. 3. tit. 9. c. 6. Gl. Lat. ad text. Germ. Land: Recht/ lib. 1. art. 17. lit. A. Const. Elector. Saxon: 17. part. 3. ibidemque Mollerus & Carpz. def. 1. Hill: ad Don. d. c. 3. lit. B. & C. Schüg von Erbf: c. 17. in pr. Ita tamen, ut in delata matri dimidia por-

C

tione

tione peculij adventitij, utpote in quo filius proprietatem tantum habuit, consequenter eam duntaxat in matrem transferre potuit *arg. l. § 4. de reg. jur. usus fructus semel quæsitus patri de jure Civili* (de Saxonico enim nihil apertè definire audeat Riem: *dec. 8. q. 2. circa fin. Culmensi* autem, non nisi maternorum & paternorum bonorum usumfructum matri æq̄ ac patri superstiti concedente *lib. 3. tit. 10. c. 12. Schük c. 14. §. Nach dieser Stadt. ineptè quæreretur*) adhuc debeatur per *l. ult.* (minimè sublatam per *Nov. 118. c. 2.* cum Justiniano familiare sit, ne, si quid innovare velit, id taceat) *§. 1. vers. si vero C. ad SCT. Tertyll.* vid. id evincentes adversus *Treutl: d. th. 4. lit. b. Hunn. ibid: aliosq̄ Fachin. 6. contr. 6. Bach: ad Treutl: d. lit. b.* (ubi hanc communem esse ex *Rolando de success. ab intest. n. 12.* tradit) & *Riemer: dict. 9. 2.*

3. His demum deficientibus (neq̄ enim in ascendentibus jus repræsentationis locum habet, cum contra naturam sit, ut pater in locum filij substituatur, eumq̄ repræsentet, tanquam ab eo genitus. *Forst: lib: 7. c. 4. concl. 5. Wesenb: in π. de grad. n. 15. §. nec enim. Schurer: de success. ab intest. §. 10. ampl: 2. Schneidv. de 2. ord succed. n. 21. Bachov. ad Treutl: d. th. 4. lit. d. pr. Hillig: c. 10. lit. e. Carpz: p. 3. const. 17. def. 8.*) ad successionem vocantur **AVUS, AVIA**, uterioresq̄ (nulla pariter habitatione sexus, *Novell: 21. & d. Nov. 118. c. 2. §. si autem plurimi. & §. differentia nulla. Carpz. ad d. const. 17. def. 2. vel agnationis & potestatis d. §. differentia*) ascendentes, gradu quocunq̄ *d. c. 2. ibi: & alij parentes. V. Forst. lib. 3. c. 8. n. 3. & 5. proximi d. §. si autem plurimi. auth. defuncto, ibi: salva gradus sui prerogativa C. ad Sct. Tertyll: inter pares in gradu ex paterna & materna linea, licet dispari sint numero, ex æquo hæreditate dividenda, d. c. 2. §. si autem eundem. Brth. post Weichb. Groß Eltern sind näher / & c. circa f. ibi: und wird solche Erbschaft in zwey Theil. I. Culm. d. c. 6. ibi: in die rechten Stämme. Pr. Landr. lib. 5. tit. 12. art. 2. §. 2. 4. & 5. §. wann der verstorben. Forst. lib: 7. c. 4. n. 5. Schük cap. 16. pr. Unde hæc successio quodammodo in stirpes fit, *Forst: d. n. 5. & in primis Gudel. d.**

c. 14. §. Ac haec ita. Carpz. c. 10. def. 3. Dn. præc. Tabor. *Ipse Element:* p. 3. sect. 2. th. 14. èkθ. vel saltem juxta lineas sive genera
 Hillig. d. lit. e. Carpz. de arb. consangu. c. 6. n. 39.

4. Annon vero Reversionis jure

Maternis cedent materna, paterna paternis: quoad bona autem aliunde profecta denique hæreditas in duas æquales partes, inter patrem & matrem cæterosque diversæ lineæ ascendentes gradu pares, dividetur? Ita quidem primus (ceu ipse fatetur in *l. quod scitis* 3. §. *sin autem in pr. C. de bon. qualib.*) statuere cœpit Bartolo, abusus d. §. *sin autem*. quem tanquam aurigam & moderatorem juris Castrens. Nicol. de Ubald. Chassan. aliique à Forst. d. c. 4. n. 6. Tiraq. (hanc opinionem apud Gallos receptam esse testante) de retract. legal. §. 14. n. 12. allegati, nec non ex recentioribus Schneidv. de 2. ordine succedendi n. 12. Schurer. tit. 10. ampl. 1. (levia diff. Baldi argumenta vocans) Vultej: ad pr. I. de success. ab intest. n. 39. Dn. D. Carpz. p. 3. const. 14. def. 2. innumerique alii sequuti fuerunt. Unde Francisc. Vivius (in Tom. 2. sylv. commun. opin) lib. 2. commun. opin. n. 218. adversus contrariæ sententiæ patronos fidenter concludit: Verum quicquid isti Dd. suadeant, fatuum foret in actu pratico recedere ab opinione præmissa Bartoli & sequacium: quæ vera, rationabilis & æqua apparet ex supra relatis. Sed invitâ omnino jurisprudentiâ, & contra manifesta Novell. 118. c. 2. verba, non hæreditatis partem, sed indistinctè hæreditatem, i. e. universum defuncti jus, sive bona undecunque quæsita *l. 24. de V. S. l. 62. de R. I.* & ex aditione proprium ipsius patrimonium facta *l. 10. §. 2. de vulg. & pupill.* æqualiter inter paternos & maternos distribuentis, & semissem ad hos, semissem ad illos transferentis. Ut taceam, quod origine bonorum spectata proximior gradus remotiorem (in quod absurdum prolabi coactus fuit Ferrar. in libello quo agitur pro hered. ab intest. delata col. 9. in fi) non excluderet; imparitate gradus æquitatem reversionis ad eam lineam, à qua bona provenerunt, non afficiente aut mutante. vid. plenius hæc deducentes Bald: in *l. 3. §. sin. autem. C. de bonis qua lib. & autb. defunct*

C. ad Sct. Tertyll. Decium vol. 1. conf. 94. n. 9, 10, 11, 12. & conf. 186. n. 2. & vol. 3. conf. 7. Covarr. epit. de success. ab intest. n. 2. (qui tamen lucra nuptialia excipi posse putat per l. 2. C. de bonis quæ lib.) Fach: 6. contr. 4. Forst: d. c. 4. n. 12. seqq. Ungep: IX. 7. in nego, Bach: ad Tr. d. th. 4. lit. c. Hilliger. D. E. d. c. 3. lit. d. Hoen, disp. ad inst. 12. tb. 7. Fibich: semid. 8. q. 4. & Dn. D. Bitsch. casu pro amico 1. Adde Wefenb: in notis margin. ad Schneidv. c. 10. Mynf: 6. obs. 55. ubi n. 3. in Camera quoq; rejecta Bartoli & sequacium opinione, contra decisum restatur. Idem de observantia fori Saxonici defendunt Coler. part. 1. decis. 47. n. 5. Carpz. p. 3. const. 14. def. 5. & const. 17. def. 2. & de gradibus consangu. c. 6. n. 91. seqq. jure autem nostro Culmensi quoq; obtinere arguit saepe alleg. c. 6. hæreditatem pariter indistinctè utriusq; lineæ ascendentibus gradu paribus addicens.

5. Et hæc ita disputantur, quando ascendentes soli reperiuntur superstites. Quod si verò defunctus Fratres quoq; & Sorores utrinq; conjunctos (Græci vocant ἀμφιθαλείς, quasi dicerent, qui utrinq; effloruerunt) reliquerit; ii de jure Civili (de Saxonici enim & Culmensis diversitate separatim agetur) simul cum ascendentibus quibuscunq; in gradu proximis Nov. 118. c. 2. pr. ibi: & alij parentes, & §. si vero. junct. l. 92. de V. S. (neq; enim, ut perperam Treutl: II. 16. 4. c. Tholos. S. I. V. lib. 45. c. 9. n. 13. Dn. D. Schot: in exam. jurid. ad tit. de suis & legit. hered. & alij nonnulli putant, fratres aut sorores avum, ultterioresq; ascendentes excludunt. vid. Covarr. c. 10. n. 5. §. primum enim. Forster: lib. 7. c. 6. n. 1. 2. Fachin. lib. 6. contr. 7. Hoen. c. 10. th. 8. Schneidv. c. 10. n. 25. seqq. Bachov. ad Treutl. d. lit. c. Hill. D. E. IX. 3. g.) in plena proprietate d. vers. si vero, ibi: nullum usum, junct. l. ult. §. 1. C. ad Sct. Tertyll: l. ult. C. cōmun. de success. l. 13. §. 1. C. de legit. hered. Vultejus ad pr. I. de success. quæ ab intestato n. 38. Rittersh. ad Nov. p. 7. c. 10. n. 18. ubi hoc jus commune etiam statutis & moribus approbati notat. junct. n. 7. ad successionem admittuntur d. §. si vero. Unde eo casu non in stirpes, sed in capita, vel viriles portiones hæreditas dividitur. d. §. si vero, majoribus diversæ lineæ interventu fratris,

tris,

tris, ob cujus concursum minus commoda in stirpes succedendi ratio videtur, & sic ex persona alterius (Conf. in simili §. 3. in f. & §. 5. l. 2. §. 17. 18. ff. l. ult. §. 1. C. ad Sct. Tertyll.) id consequentibus, quod ex propria habere non poterant. vid. Forst. d. c. 6. n. 6. seqq. Bach. ad Treutl. d. th. 4. lit. c. pr. Hill. c. 10. lit. b.

6. Idem privilegium Nov. 127. (correcta Nov. 118. c. 3. *§. si autem cum fratribus.* vid. Don. d. c. 3. *ibidem* Hillig. lit. i. Bach. c. 10. lit. g. Rittersh. d. c. 10. n. 20. & omnino Forst. d. l. 7. c. 5.) fratrum & consequenter sororum, Rittersh: c. 10. n. 19. liberis cum propriis thiiis, patruo v. gr. amita &c. concurrentibus, indulget pr. & §. 1 ut sc. ii quoque in parentum præmortuorum locum & portionem succedentes v. Hill. c. 10. lit. K. cum prædictis thiiis suis & cum ascendentibus defuncti ad hæreditatem simul perveniant. Quæ tamen constitutio, ut pote jus singulare continens, §. 6. l. de I. N. G. & C. l. 14. ff. de legibus, fac. l. 27. *ibi. quod enim non mutatur C. de Testam: neque ad fratrum aut sororum nepotes & pronepotes v. Covarr. d. n. 5. §. Tertio est notandum.* Forst: c. 6. n. 3. 4. Rittersh: d. c. 10. n. 10. Carpz. p. 3. const. 17. def. 4. & *infra disp. 3.* neque eorum liberos cum ascendentibus tantum concurrentes (deficiente medio, per quod cum ascendentibus admittuntur, adeoque expressa ratione inductiva cessante) contra mentem legis extendenda est, evincuntibus Cujac. ad Nov. 118. Hoen. d. Disp. 12. th. 9. Bach. d. lit. g. Locam. *quest. Justinian. 273.* Dn. D. Fransk. II. 8. & præcept. summè colendo Dn. D. Tabor. *Ip. Elem. coroll: 5.* quicquid in contrarium disputent Forst. c. 7. n. 2. 3. (ubi hoc casu ascendentes quoque, perinde ut filios fratrum in stirpes succedere putat, reprehensus à Rittersh. n. 16.) Gudel: *lib. 2. e. 14. §. Quod si nulli extent.* Rittersh. n. 9. & 16. Schneidv. n. 29. Sand. *decif. Frisc. lib. 4. tit. 8. def. 5.* & Dn. Carpz. p. 3. const. 17. def. 4. n. 3.

7. Quid autem juris in fratribus ex uno duntaxat latere conjunctis? Sanè, cum Justinianus Imperator in d. Nov. 118. (in qua ei propositum fuit omnes ab intestato successiones clara & commendiosa divisione disponere) c. 2. generaliter constituat, ut cum

parentibus admittantur fratres utrinque defuncto copulati; firmiter statuendum erit, ex uno tantum latere conjunctos s. ἐπιγοναλαῖς ab ascendentium ordine omnino excludi. Quanquam enim Castrens. in *auth. defuncto C. ad Sēt. Tertyll.* Forst. *de success. ab intest. in addit. p. 615.* Schurff. *cent. 1. cons. 5. & cent. 3. cons. 21. pr. & n. 1. 2.* Boër. *decif. 185. n. 4.* Schurer. *tit. 10. ampl. 3. §. sed tandem hoc negari non potest. imò Schuis quoque noster c. 19. §. Nichts desto weniger.* inter fratres ex uno latere patri vel matri, cum quibus volunt concurrere, non attinentes, de quib. *d. Nov. 118. c. 2.* accipi debeat, & attinentes distinguere contentur: ut hi saltem cum communi parente, consanguineus sc. cum patre, uterinus autem cum matre simul admittantur, ut pote quibus parentes nihil habeant quod objicere possint, eodem jure conjunctis defuncto; quam opinionem, ut æquiores, in judicando iudices plerumque sequi scribit Borch. *tract. de gradib. cap. de success. ascend.* & secundum eam in multis Germaniæ dicasteriis pronunciari testatur Forst. *c. 10. in f.* Nimis tamen aperta *d. c. 2.* ab universali collateralium omnium exclusione solos fratres sororesque ἐπιγοναλαῖς excipientis, adeoque in casibus non exceptis regulam firmantis, verba sunt; quæ sententia repetitur quoque in *c. 3. pr. ibi: quos etiã cum patribus, & Nov. 127. c. 1. §.* Hoc vero sancimus. Quam proinde expressam dispositionem nulla cognationis similitudo, in patruo & amita, avunculo & matertera, æquè locum habitura elevare poterit: maxime cum hic agatur non de jure constituendo, sed de constituto, neque sit, cur filius iste valde conqueratur, qui quandoque & ipse ad patris successionem veniendæ spem habere potest, arg. *l. 6. in f. ff. unde liberi l. 5. pr. ff. de collat. vid. Bald. in dict. auth. defuncto C. ad Sēt. Tertyll. Covarr. d. n. 5. §.* Hinc apparet. Fach. 6. *contr. 8.* Pfeil. (a Præcept. suo Schurffio, quem ipsum aliquando aliter consuluisse ait, dissentiens) *Cons. 114.* Bach. *ad Tr. d. th. 4. lit. e. p. 1045.* Hoen. *disp. 12. th. 10. Locam. quest. Justin. 274.* Collegium Jurid. Argent. *lib. 38. tit. 7. th. 7.* Sand. *d. tit. 8. det. 9.* Carpz. *d. const. 17. def. 5.* & quos longo agmine allegat Pfeil. *d. cons. 114. in f.* Adde Grass. *§. success. ab intest. q. 24. in f. ubi.*

ubi hanc sententiam communem esse testatur, & Rittersh. *d. c.*
10. n. 11.

8. Certè Saxonicum jus has difficultates omnes sustulit,
 utpote quo (prout & jure Hispano. Covarr. *d. epit. n. 6.* & mori-
 bus plerorumq; locorum, Gudel. *d. c. 14. §. moribus*) ascenden-
 tium ordo collaterales omnes, etiam fratres & sorores utrinq;
 defuncto conjunctos, excludit. LandN. *lib. 1. art. 17. Brth. post*
Weichb. Brüder und Schwester &c. circa f. 132. seynd den. fol. 132.
b. & tit. Die Kinder verfallen &c. in pr. fol. 137. b. & tit. Groß-
Eltern sind näher circa f. 132. also auch fol. 132. & tit. Wie halbe
Brüder &c. 13. weil auch folgende fol. 133. Schük cap. 17. pr.
Carpz. d. const. 17. def. 6. 7. & 9. adeoq; ea indistinctè obtinent,
 quæ supra *tb. 2. seq. de casu extantium solorum ascendentium*
 allata fuerunt. Ut maxime enim *d. art. 17. lib. 1. Landr. tantum*
 patrem & matrem nominet; & Scabini quoq; Magdeburgenses
 post Landr. *p. 1. c. 7. dist. 14. cum avo (quem voce Eltervater ibi-*
 dem demonstrari volunt v. inprimis Schük/c. 21.) patrum simul
 ad successionem vocent, ibi. sind gleich nahe nach Magdeburg-
 schen Rechten; patris tamen nomine in materia hac favorabili
 rectè quoq; avum aliosq; superiores intelligi, docet *l. justa inter-*
pretatione 201. de V. S. & arguit ratio d. art. 17. umb daß das Erbe
nicht gehet aus dem Busem / (i. e. aus der rechten Lienien auff
oder einwärts. Pfeil. conf. 112. Scab. Magdeburg. p. 3. cap. 9. §.
item stirbet jemand 13. dieweil sich jemand. Register der alten
Vocabulen post Lehnrecht in voce Busem. Schük cap. 26.
in fi. vid. tamen d. art. 17. text. lat. Schurer. tit. 9. rubr.
nach Sachsen Recht n. 3. p. 150.) dieweil der eben bürtig Busem
 dar ist. Inprimis autem laxiorem hanc interpretationem fir-
 mat longa consuetudo (optima legum interpres *l. 37. de le-*
gib.) & communis fori Saxonici, ascendentibus superstiti-
 bus collaterales indistinctè à successione arcentis, observantia,
 de qua testantur quoq; Coler. *p. 1. decis. 47. n. 4. Scheid. de 2. ord.*
succed.

succed. n. 34. 35. Schurer. tit. 11. §. Ius Saxonicum p. 191. Schülz Synops. instit. h. p. 245. lit. C. Carpz. d. def. 6. & 7. & de Magdeburgensium in specie, Syndicus eorum Pfeil. d. conf. 112. ubi in f. de jure Magdeburgensi, quo d. dist. 14. nititur, fatetur: Von welchen Magdeburgischen Rechte mir aber noch zur Zeit nichts gründliches bewusst ist / denn in der Stadt Willühr / dergleichen im Weichbild rechten / welches eben Magdeburgisch Recht ist / genandt wird / Weichb. art. 10. Gloss. kan ichs über angewandten Fleiß der massen nicht befinden.

9. Superest ut dispiciamus de jure *Culmensi*, quo ante omnia distinguendum erit, an pater & mater ambo superint; an vero alteruter eorum jam antea vitâ decesserit. Priori casu uterq; parens liberorum, nō relictis descendantibus defunctorum, hæreditatem vindicat *Jus Culm. lib. 3. tit. 9. c. 6. §.* Als wenn ein Sohn. *Schülz von Erbfällen c. 17. in f. §.* Dann wann eines *Conf. Pr. Landr. lib. 5. tit. 12. art. 2. §. 1. circa f.*

10. Quod si verò vinculum paternæ & maternæ conjunctionis alterutrius morte solutum sit, sive wenn der Busen gebrochen ist; parenti superstiti *Jus Culmense* revivum (aliud enim antiquo obtinebat *lib. 4. c. 79.*) fratres & sorores utrinq; conjunctos (non itidem eorum liberos v. *Schülz c. 20. in f.*) præfert. *d. §.* Als wenn ein Sohn & *§. seq. & c. 9. Schülz d. c. 12. §.* Aber nach unserm *Culmischen junct. c. præced. §.* Es wird aber, in bonis non tantum paternis aut maternis (ut *Jus provinciale Prutenicum d. art. 2. §. 5. vs.* Ist aber eins *ibi*: In den abgetheilten Gütern. quò etiam inclinare videtur *Schülz d. c. 17. circa f. §.* Es ist auch zu mercken. *divisionem bonorum* ideo requirens quoq; *d. c. 17. §.* Aber nach unserm *Culmischen / & c. 18. circa f. & c. 19. circa f.*) verum etiam avitis, nec non castrensibus, quali castrensibus, omnib; adventitiis occasione matrimonij, vel undecunq; sive ante sive post mortem alterutrius parentis, quæsitis. *Ius Culmens. d. c. 6. & d. c. 9. ibi. Der Kinder Gut. junct. l. 24. de v. v. S. l. 62. de R. l. l. 10. §. 2. de vulgari & pupillari. Conf. supra. th. 4. Ut adeo ratio quoq; hujus prælationis à Schützio d. §.* Aber nach unserm *Culmischen*

ſchen adducta, tanquam minus adæquata, corruat, collocanda potius in nudo legislatoris placito, vel certè favore liberorum prioris matrimonij, arg. l. 4. C. de Sct. Tertyll. fac. l. 11. C. commun. de ſucceſſ. Berth. poſt Wetſch. tit. Die Kinder und Kindes Kinder / & c. circa f. ibi: in ein ander Geſchlecht und Sippe. fol. 131. & tit. Bruder und Schweſter / & c. in f. ibi. Dadurch die Güter in ein ander frembd Geblüt gewant. fol. 133. Schluß d. ſ. Aber nach unſerne Culmiſchen / ibi: durch die andere Ehe in frembde Hände.

11. Sed annon hoc caſu legitima ſaltem parenti ſuperſtiti, aliisve aſcendentibus ſalva & illibata manebit? Equidem Mynſ. cent. 6. obſ. 43. deſenſam obſ. 47. conſuetudinem, quã Parentes à ſucceſſione legitima per fratres & ſorores utrinq; defuncto conjunctos, eorumq; liberos excluduntur, ita limitat, ut legitimam ſpeciali jure, nempe tanquam æs alienum venientem ac debitam, adeoq; ſucceſſionis jure minimè regulandam, parentes nihilominus petere poſſe exiſtimet; imò ne ſtatutum quidem aut conſuetudinem legitimam expreſſè parentibus auferentem admittit obſ. 44. adſtipulante Hillig. D. E. XIX. 4. bb. p. 476. Adde, pro legitima parentum tanquam jure naturæ debita pugnantes, Treutl. 1. Diſp. 13. th. 11. lit. c. Mævium ad I. Lubec. p. 2. tit. 2. art. 1. n. 55. 56. 57. Carpz. p. 3. conſt. 12. def. 1. ſeqq. & quos magno numero allegat & ſequitur Weſenbec. conſ. 107. n. 37.

12. Verùm ut omnis ſucceſſio juris poſitivi eſt, vid. Tholoſ. lib. 44. c. 5. n. 9. ſeqq. Grot. de I. B. & P. lib. 2. c. 7. n. 10. 11. & diſp. præc. th. 2. ita de parentum in ſpecie id affirmandum eſſe, apparet tum ex lege ſucceſſionis inteſtati Num. 27. ¶ ſ. 8. ſeqq. aſcendentium nullam mentionem faciente, (cum qua convenit lex Platonis 1. de legib. nec non Averniæ & quorundam aliorum locorum conſuetudo apud Tholoſ. lib. 45. c. 9. n. 2.) Schurer. tit. 2. circa princ. Tholoſ. d. n. 2. vid. tamen Grot. in annot. ad c. 10. Numeror. Selden. de ſucceſſ. ad leges Ebraor. c. 12. tum jure Romano veteri matrem initio planè non admittente pr. Inſt. de Sct. Tertyll. (cujusmodi repulſam matris pluribus rationibus ruetur Tholoſ. d. c. 9. n. 4. add. Selden. d. c. 12. p. 86. ſeq.) poſt fratres autem parentes, citra ullam legitimæ conſerva-

tionem, Justiniani adhuc tempore ante *Novell. 118.* (quanquam nec ea quidem semper legitimam seu quartam partem ascendentibus salvam præster, si scilicet cum pluribus fratribus vel sororibus concurrentes virilem portionem capiant) demum admittentes *l. ult. C. commun. de success.* agnoscente ipso *Myns. d. obs. 41. n. 5. 6.* Quod adhuc hodie apud Brugeses fieri & ratione niti ex *Jac. Curt. 1. Conject. ad Viv. 12.* notat *Hillig D. E. IX. 3. g.* quia scilicet supersint, quibus ex communi voto velint aut velle debeant parentes bona defuncti filij deferri; ne, cui filius adhuc superest, patris nomen amittat. Sane cum pater substituendo pupillariter, ex sententia totius orbis, ut *Bald. ait in l. 9. C. de impub. & al. subst. matrem legitima privare possit;* vid. *Dn. D. Fransk. VI. q. 7. Carpz. p. 3. const. 8. def. 1.* etiam in foro conscientia, juxta *Fachin. 4. contr. 42.* cur non multò magis legi liceat eadem parentes excludere? maxime si legitima subsit causa, arg. eorum quæ de liberorum legitima disputat *Gail. 2. obs. 122. n. 9. circa fi. & n. 10.* neq; ad extraneos successio deferatur, animadvertente *Bach. ad Tr. II. 6. 4. c. circa fi. Conf. Heig. part. 1. quest. 25. n. 11. & Tholos. lib. 44. c. 5. n. 1. & lib. 45. c. 10. n. 5.* legitimæ considerationem in successione intestati non fieri, verùm à successione exclusos à legitima pariter exclusos censendos esse rectè docentes.

13. Post fratres & sorores ἀμφιθαλέϊς Jus nostrum Culinense ad successionem vocat parentem superstitem, *d. cap. 6. vers. Und diß ist zu vernehmen / & d. cap. 9. in fi. Schütz cap. 17. §.* Diefes alles aber. & utroq; fatis functo avum, aviam, *d. c. 6. pr. & c. 7.* cæterosq; in infinitum ascendentes gradu proximos *d. cap. 6. pr. & cap. 8. in stirpes d. c. 6. Schütz c. 16. pr.* ut Jus civile & Saxonicum, vid. *suprà th. 3.* Quod enim *Schütz c. 19. §.* Weil nun diese Zuehung / fratrem unilaterem avo communi, (uterinum sc. materno, consanguineum autem paterno) præferendum putat: non solum confutatæ *suprà th. 7. Forsteri, Schurffii, aliorumq; singulari opinioni,* ut unico fundamento, inni-

innititur; verum adductis quoque juris Culmensis textibus è diametro adversatur, cum primis *d. c. 7.* ubi avus indistinctè, consequenter etiam communis (de quo communi parente *in fi. c. preced.* casus formabatur) fratrem ex uno tantum latere conjunctum à successione excludit. Ut adeò *I. Culm. Revisum & Emendatum* hac in parte Juri quoque (Sigismundi r. jussu. An. 1526.) Reviso, fratres unilateres simpliciter cum avo simul vocante *lib. 3. tit. 5. c. 16.* deroget: pro quo avo adversus fratres *delego. da. 15* etiam apud nos pronunciatum 30. Maji 1646. & in specie pro avo communi in utraq; instantia, 21. Febr. & 30. Mart. 1654.

14. Neque aliud de proavo, ulterioribusque ascendentibus, si casus ejusmodi in facto contingeret, statutum iri existimemus. Ut ut enim Schutz. proavum, ceu in tertio gradu constitutum, cum patruo demum *c. 23.* & fratrum utrinque conjunctorum liberis *c. 25.* admittat, *per text. I. Culm. antiq. lib. 4. c. 77.* (ubi tamen avum voce *Eltervater* designari, agnoscit *c. 19.* vid. *supra th. 8.*) cui concordat præfarum *I. Culm. Revis. d. tit. 5. c. 7.* & 17. item tamen omnem iterum dirimit *I. Culm. ex novissima stat. am revisione emendatum d. c. 8.* non tantum avum, verum etiam ceteros ascendentes, *ibi: auff den Eltervater / und so fortan auffwärts / patruo, materteræ &c.* imò *c. 6. pr.* universo collateralium ordini (solis fratribus & sororibus utrinque defuncto copulatis, rupto sinu, exceptis,) in successione anteponens. Cui proinde linearum juri nulla graduum paritas (ob quam perperam Schüss *c. 18. §.* Ob nun wol. fratrem de jure Civili cum avo simul admitti putat, cum parente & proavo æquè succedentem) præjudicare poterit; non nisi in eodem linearum s. ascendentis, s. collateralis, ordine in considerationem veniens, *f. c. §. 1. l. de servil. cognat.*

15. Et ita succedunt parentes naturales & legitimi; quorum loco etiam habentur, qui liberos per subseq. matrimonium, vel rescriptum (vid. *tn. disp. 1. th. 11. in fi.*) legitimarunt Forst. *lib. 7. c. 19.* Schurer. *t. 10. ampl. 5.* Cæterum quod attinet ad legitimos tantum (quanquam hodie adoptiones vix in usu sint, v. l.

disp. th. 12.) ijperinde quidem succedunt, verùm **adoptivus** in specie, non nisi liberis adoptatis non extraneis §. 2. *I. l. pen. C. de adopt. arrogator* a. tuncdemum, si arrogatus moriatur pubes. §. 3. *I. l. pen. §. ult. C. eod.* Forst. c. 18. Schurer. *ampl.* 7. Schneidv. *de 2. ord. succed. n. 37 seqq.*

16. Deniq; **illegitimi** quã ex parte, & quat. liberos successores habent; eodem modo Ipsi quoq; ad liberorum hæreditatem vocantur *Nov. 89. c. 13. Pr. Land R. lib. 5. t. 12. art. 1. §. 10. in fi.* Incestuosus igitur, & similib. neuter parens succedit *Nov. 89. cap. fin.* naturalibus s. *Liebfindern* pater in sextantem, vid. *tn. Tholos. lib. 4. c. 9. n. ult. & disp. 1. th. 14. circa fi.* mater & omnes per lineam maternam ascendentes in *assem l. 2. & 4. ff. unde cogn. §. ult. I. l. 2. §. 1. ff. ad Sct. Tertyll.* spurii tandem sola mater & ascendentes materni, *dd. ll.* utpote quæ, licet publicum scortum sit, *tn.* semper est certa *l. 5. de in jus voc.* Quod jus commune etiam in foro *Saxonico*, (non obstante *Land R. lib. 1. art. 51.* secundum quem malè intellectum vid. *disp. 1. th. pen.* pronunciarunt *Scab. Magd, p. 1. c. 14. dist. 8. & Culm. jur. antiq. lib. 4. art. 96.*) iusu servatur, testantib. *Schn. de 3. ord. succ. n. 46. Cöpp. 1. obs. 65. n. 7. Goldb. de gerad. rubr. de succ. cogn. asc. n. 45. seqq. Schulz Syn. I. b. p. 248. lit. Cc. fac. Brth. post Weichb. Dneheliche Kinder / &c. in fi. fol. 136.* Quamq; *I. Culm. Revis.* solam matrē, non itidem alios per matrē ascendētes admittere videatur, *sape alleg. tit. 9. c. 10.* imò cautela *disp. præc. th. ult.* annotata multò magis (vid. *tn. Mæv. ad I. Labec. p. 2. t. 2. art. 9. n. 78.*) necessaria sit, quoties turbato mortalitatis ordine & naturæ præposteritate parentes illegitimis liberis succedere cupiunt. Quemadm. contra, si forte *ll. municipalib.* patris quoq; success. spurii deferatur, *v. d. disp. th. 14.* pater pari modo filio spurio succederet; cū successionis jura oporteat esse mutua s. vicissitudinaria, per *l. pen. C. d. suis & leg. hæer.* vid. plura de parentū illegitimor. success. ap. *Forst. c. 17. 19. Schn. de 2. ord. succ. n. 40. seqq. Schur. ampl. 5. 6. & limit. 7. 8. 9.*

Schulz p. 247. & an illegitimi alium successorem, quàm fiscum habere possint, infra *disp. 5.*

ADDITAMENTA HISTORICA RESPONDENTIS.

1.
LUpam, quæ Romulum Remumq; aluit, mammasq;
præbuit, non feram, sed Faustuli conjugem, ob pro-
stitutam pudicitiam à Palatini montis colonis lu-
pam dictam, fuisse magis veritati convenit.

2. Romulum raptis, quæ ad celebrandos inspicien-
dosq; Neptuni ludos ex Hetruria Samnioq; venerat,
virginibus jura hospitalitatis violasse arbitramur.

3. Tarpeiam non armillas, sed arma & Scuta Sa-
binorum à Tatius, ut ita denudatos Sabinos suorum
exponeret ictibus, pactam fuisse, ex sepulchri simul
& inferiarum honore, quo eam Romani persecuti
sunt, certum evadit.

Quid prodest mutas inter pallefcere chartas,
Asfiduâq; libros volvere sæpe manu :
Si, quæ crebra tuæ defixit lectio menti,
Abstruso subter pectore clausa geris?
Non Te *Laurenti* sic detinet umbra; sed audes
De cathedrâ dotes promere rite tuas.
Vivida namq; alacris fodicans tibi pectora virtus
Præclara ingenii dona latere vetat.
Maçte novis ausis! te sanè amplissima merces,
Conatusq; tuos præmia digna manent!

Ornatissimo, Doctissimoq; Domino

*Ægidio Laurentio, amico suo sincerè
dilecto, ex animo applaudebat*

Johannes Wollitzius Dant.

An den Herrn Antwortenden.

Es man zu Ehren kömt / muß man zuvor viel leiden.
Wer aber Ungemach und Arbeit wil vermeiden/
Dem wird ja nicht zu Theil der süsse Lohn der Ehren.
Daß wisset ihr gar wol / mein Freund / und ewr begehrt
Ist Ehre. Drumb ihr auch kein Arbeit habt geschewet/
Sehr wol gethan; dann wehm hat jemahls Fleiß gerewet?
Es bleibe nicht bey dem / fart ferner also fort/
Ich wundsch nach langem Sturm ihm einen sichern Port!

Reinhold Neünachber / G.

Weil mit seinen wilden Knechten
Mars sich schon zum Streit gerüst/
Künfftiger Zeit mit uns zu fechten/
Albereit entschlossen ist;
Unsre Grenzen zu bekriegen
Und denselben obzusiegen.
2. Greiff ein jeder zu den Waffens
Der Soldate muß daran/
Sehen was er könne schaffen/
Ob er auch bestehen kan/
Wenn der Feind mit großen Hauffen/
Auff uns käme zugelauffen.
3. Auch die Bürger thun imgleichen
Ihre proben auff dem Wall/
Wie sie künfftig mögen reichen
Ihrem Feind' aus dem Metall;
Ihm mit Feur und Schwefel regnen
Von den Wällen zu begegnen.
4. Nun / mein Freund / ihr must auch kämpffen
Wider Eurer Feinde Satz/
Allen Einwurff muhtig dämpffen/
Denn sie bringen auff den platz.
Streitet nur mit starcken Gründen/
Ihr werdt sie bald überwinden.

Zu sondern Ehren in Lil von

Johann Okech.

99 A 6998

ULB Halle 3
002 836 947



V. 17

Rehro





